



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Ecclesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Anna. S. Iorius Eps. S. Hyacinthus M. 26. Iul.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

S. Anna. S Iorius Eps. S. Hyacinthus M. 26. Jul.



Concordia.

Melius est ut pereat unus, quam unius
ras Bern

Deus qui B. Annæ (S. Iorio: S. Hyacintho) gratiam qua tibi placeret,
conferre dignatus es: concede propi-
cius ut cuius solemnia celebramus ei-
us patrocinij adiuuemur, Per D. N. I.
Chr. &c.

Ora pro Ecclesia Catholica &

1. S. Anna Ioachimo alias Heli , &
Heli-Jachim dicto , de tribu Iuda &
domo David, nupta sanctissime cum
eo vixit , sterilitatis malum voto vi-
cit, & beatissima omnium mortalium
prole omnem fæcunditatem supe-
ravit.

2.S.Iorius Eps.ex maiore Armenia
peregrinus in Inferiorem Armeniam
veniens deuotionis gratia apud Be-
thuniam Obijt. Hospes metuens vim
malæ de se suspicionis cum clam se-
pelivit. Sed Deus ostentis eum è la-
tebris eruit A. 1033.

3.S.Hyacinthus M.primo in ignem
iniectus, deinde in profluentem illæ-
sus evasit , post hæc Traiano Impe-
rante gladio percussus martyrium
cōsummauit, è Portu Romano subue-
ctus in portum æteruæ felicitatis.